actionem, et Dominum expecto. Mea conju-
gis cura et prudentia non mediocriter me su-
stentat. Tuam autem differentiam ...
et amicitia studiosorum adolescentum facile
tedium diluit, ut non sentiam de tecto vivendi
mihi multum deesse. Quia uxor ut honora-
vit gratissimo munere, mea continuo facerem
... ego uxori ... utrique re-
fero. Gratiam habeo et vos plurimum aman-
tes, valete utriusque nomine. Datum Colon... 3.
15 6[?]. Bremae.

Amicus et frater
Johannes Mollinus.

162.) M. Cornelio Rhetio
Pax Christi.

[= Mscr. A. 7: Nr. 202]

Dn. Corneli Rhetie, non dubium est, quin meas lite-
ras expectes, iam pridem enim nihil a me dedi
non oblivione aliqua officii, sed quia in ista per-
turbatione rerum omnium vix mihi suppetit
materia, quam tuis dignam auribus putem. Nisi
repetam subinde idem argumentum, deo fi-
niens rerum domo in puerorum pulvere con-
senescens, non habeo quod chartis committam.
In forum nunquam prodeo, in templa non in-
gredior, multo minus sermones cum civi-
bus confero in oenopolio. Domi semper sum
aut in mea palaestra, hic reliquum tempus ut
in ... et ... quod precibus est
cogitatione beneficiorum Christi me oblecto,
cujus προσφορὰ τοῦ σώματος εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ
Θεῷ. unicum pretium est reconciliationis, qua no-
bis constat justitia et vita. Hanc tantam bea-
titudinem eorum, qui fide sanctificati sunt
per sanguinem Christi non potest ... mihi qui-
dem videtur, vel leniter gustare humanus ani-
mus a Spiritu sancto informatus, ut non con-
tinuo velut oblitus sui, totum se Deo sacrificet,

Deumq; illi uni placeat, omnes vitae adversitates aeterni-
tatis pro nihilo ducat. Sed unde mihi incidit Crodo-
giu tecum? qui magis exercitatos habes sensusq ✗
~~[illegible]~~ quam ut ejusmodi puerilibq rudi-
mentis capiaris, qui denique in Ecclesia vivis,
ubi doctrina et studiis sincerae pietatis exube-
rantes fervent omnia. Ego in pueris consenesco,
non me decet ultra nidum alas extendere. Dixit
in aurem amicus mihi, accersi huic Ecclesiae Docto-
rem novum, sed vetuit facere palam ne quis si-
mul rescisceat. Ex Academia veniet. Siquidem is ad
doctrinae puritatem tantum habebit adjunctum zel[um],
ut impiis superstitionibq manum correctricem
vel leniter admoneat, novae nobis continuo turbae
et nova certamina existent. Sin docebit quidem
certe, sed non configet cornicularum oculos,
sed ~~[illegible]~~ ejus dissimulabit studio concordiae
et pacis, vereor ut sua auctoritate nos premat
qui multos hic semper inimicos nobis cepimus
quia praesenti religione non contenti sumus. Sed ista
videt Dominus, cujus patrocinio et tutela afficien-
tibq adversariis hactenus prospero rerum et stu-
diorum usi successu cursuque sumus; qui mihi nunc
tertiam conjugem incredibiliter adjunxit.
Deus autor vitae meae, is nunc etiam libero-
rum spem fecit. Sic ejus beneficentia peregri-
nos persequitur et certam eis praesentiae suae signi-
ficationem praebet. Ideo numquam obliviscitur,
sed occasionem et attendum suae providentiae
expectat. Est isthic M. Petrus Gabriel, vir
doctus et mihi convictu mire dulcis: eum ego tua
amicitia dignum judico. Vale Dn. Rhetie
vir suavissime et nos perge tuis precibq
filio Dei commendare 13. Cal. Julij 1569.
Bremae.

Johannes Molanus.